

No. 30. 1289. 19. Mai.

Otto Burggraf von Donin zeigt dem Bischof Heinrich von Mersburg an, dass er Güter in Kreschitz, die er von ihm zu Lehn getragen, aufgelassen habe und bittet, dieselben dem Thomaskloster zu übertragen.

Venerabili domino suo H. Mersburgensi episcopo Ot. dei gratia burgravius de Donin quicquid potest obsequii reverentiae et honoris. Sicut a nobis petivistis cum apud vos essemus, ut vobis bona in Kreschitz^{a)} quae nos et nostri patrum a vobis titulo feudali tenuimus resignaremus, ad manus militum vestrorum domini Heisonis, Vhrici de Zweim, Gotschalei de Alto nido vestrique notarii Mathiae resignavimus, et vobis domine, ut ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk supradicta bona cum omni utilitate propter deum conferatis, resignamus in his scriptis rogantes intuitu dei nostrique servitii interventu, ut in praedictis bonis ecclesiam iam dictam nullum amplius inquietari permittatis. Datum Lipzk in die ascensionis domini anno domini M^o. CC^o. LXXXIX^o.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. An einem von der Urkunde selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen hängt das zerbrochene Siegel des Burggrafen.

a) Greitschütz, Par. Trautzsehen.

No. 31. 1289. 28. Juni.

B. Heinrich von Mersburg und das Domcapitel übertragen dem Kloster auf Nachsuchen der Burggrafen von Donin das Eigenthum an zwei von denselben aufgelassenen Hufen in Kreschitz und an einem von dem Probst Petrus erkaufte Walde bei dem Dorfe.

In nomine domini amen. Heinricus dei gratia episcopus, Theodericus praepositus, Meinerus decanus totumque Mersburgensis ecclesiae capitulum universis Christi fidelibus in perpetuum. Noverint omnes tam praesentis temporis quam futuri, quod Nicolaus monetarius in Vriberch suusque filius Wignandus duos mansos sites in pago villae Kreschitz, quos de manu nobilis viri Ottonis burgravi de Donin filiorumque patrum sui Ottonis, Heinrici, Hermanni, Yerkonis iure feudali tenebant, eisdem nobilibus resignarunt, iam dictus vero Otto burgravius filique patrum sui Otto, Heinricus, Hermanus, Yerko praenotati, qui mansos praedictos ab ecclesia nostra, nobis episcopo et praedecessoribus nostris iure feudali obtinuerant ab antiquo, ad manus nostras renunciaverunt omni iuri quod in praetaxatis mansis habuerant, talibus pactis et conditionibus interpositis et adiunctis, quod ius proprietatis et dominium praescriptorum mansorum canonicis regularibus et coenobio sancti Thomae apostoli in Lipzk integre conferantur. Nos itaque promotioni religiosorum virorum et ecclesiae memoratae efficaciter intendentes mansosque plures dictos cum omnibus suis pertinentiis tam intra quam extra septa villae cum silva, quam dominus Petrus praepositus ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk a Nicolao monetario suoque filio Wignando supra